



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Pecc. I. in communi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

PAUPER.

POTEST sua debita incerta in partem vel in totum sibi applicare, maxime de consilio Confessarij. cap. 17. num. 93. Sub nomine pauperis etiam intelliguntur monasteria, Ecclesiæ, pia opera, pauperes mendicantes & alij egeni. his possunt restitui res incertæ. ibid.

Pauper fictus tenetur restituere eleemosynam acceptam, non danti, sed pauperibus. Quod magis confirmatur in Nouo, variis argumentis. cap. 17. num. 108. vide tit. eleemosyna.

PAUPERITAS. vide Religiosus,

PECCATVM I.

in Communi.

PECCATVM per metum factum est involuntarium secundum quid, sed tamen est peccatum. Præl. 7. num. 17. in Antiquo.

Non omne peccatum ideo malum, quia prohibetur prohibitione humana: Secus de prohibitione legis æternæ. Præl. 7. num. 18. Nou. num. 12.

R r Ew

Ex actu malo interiori & exteriori vnum peccatum fit in genere moris, quamuis plura sint in genere entis. Præl. 7. num. 23. No. num. 9.

Peccati reatus est obligatio nata à peccato, ad pœnam subeundam, ob mortale quidem ad pœnam æternam, & ob veniale ad temporariam: vnde reatus est filius peccati. Præl. 7. num. 25. Nou. num. 21.

Item reatus peccati ad triplicem pœnam tendit. Nam ob offensam rationis habet remorsum conscientiæ: ob offensam Dei, pœnam æternam, vel temporariam: ob offensam legis humanæ, pœnam illius legis. ibid.

E Peccatum est duplex. Alterum originale, quod est carentia iustitiæ originalis transmissa ab Adam per virtutem seminalem. Eius effectus sunt rebellio quædam viriû inferiorum contra superiores. Eius pœna est exclusio à vita æterna. Præl. 8. num. 5. 8.

F Alterum est peccatum actuale, hoc est, quod non est originale. Et est duplex, mortale & veniale. Præl. 7. num. 25. 27. Præl. num. 6. peccatum actuale est multiplex, si ordinetur in fines plures, & malos. Præl. 9. num. 17.

G Peccatum contra plura præcepta, quorum vnum est generale, alterum speciale, inclusum in generali est vnum: secus si sit contra

tra duo præcepta distincta, vt quando in eodem die occurrunt duo præcepta ieiunij. cap. 11. num. 4.

Qui committit vnum peccatum, ex quo alia sequuntur: vnum tantum peccatum committit. ibid.

Peccata differunt specie penes obiecta, & fines. num. 17. Peccatum factum ex confidentia veniæ leuius est. cap. 6. num. 4. Licetum est gaudere de bonis effectibus subsecutis ex peccato: non tamen de peccato. cap. 11. num. 46.

PECCATVM
mortale

EST dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam Dei. Lex autem æterna est summa Dei ratio, qua iam in se ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat. Præl. 7. num. 5.

Quidquid est contra legem, & rationem naturalem, est contra legem æternam: non tamen è contrà. ibidem.

Peccatum aliquando potest remitti sine dolore formali. cap. 1. num. 6. 10. 13.

Voluntas peccandi mort. cum hac conditione

R r 2 rione